

## Prologus

Reuerendissimi in christo patris et dñi: domini  
Hugonis de sancto Charo: sacro sancte ecclesie  
Romane Tituli sancte Sabine Cardinalis pri-  
mi de ordine dñi Dominic: in Postillam super  
Beneficium: Prologus.

ps. 118.  
Job. 1. b.

**P**incipium verborū tuorum veritas:  
deus pater: uno et operum. Scriptum  
est enim: Termo tuus veritas ē: Job.  
xvii. c. id est filius tuus: per quem om-  
nia facta sunt: et sine quo factum ē ni-  
hil: qui et dicit: Ego sum principium  
qui et loquor vobis: Job. vii. d. unū  
cum patre et spiritu sancto principium,  
Nam pater et filius et spiritus sanctus  
vnū sunt. i. Job. v. b. Unū quidem  
principium omnīū: vna essentia: vnū deus ex quo omnia:  
per quem omnia: in quo omnia: Roma. xi. d. In quo verbo  
tota trinitas: vnus auctor: vnū principiū omnīū rerum ostē-  
ditur. In primo potentia: in secundo sapientia: in tertio bo-  
na voluntas sive benignitas cōmendatur. Potentissime si-  
quidem omnia ex nihilo creavit deus: sed et creata sapientis-  
sime locis congruis ordinavit: sed et benignissime ordinata  
propter nos in suo ordine conseruavit. Logita ergo rerum  
principium quod est nihil: et lauda potētiā: attende ordinē:  
et mirare sapientiam: considera finem et occurrit tam benig-  
na vtilitas: q̄ vtilis benignitas creatoris: Nam sua bonitate  
et nostra vtilitate fecit omnia deus. Ergo tria debent in re-  
rum vniuersitate attendi: Quid est: quomodo est: propter  
quid est vnumquodq. Sed fuerūt quidam qui primū tñ  
attendentēs et alia negligētes: abusi sunt creaturis: in eis pe-  
nitus delectantes: vnde et dicunt: Fruamur bonis que sunt:  
et vtamur creature tanq; in inuenture celeriter: Sap. ii. b.  
Qui dicit sunt voluptuosī. De quibus dicit Lullus ad Bru-  
tum: Voluptatem sumū bonum esse / vox pecudum vide-  
tur esse non hominū. Legimus etiam nonnullos fuisse: q-  
bus vna fuit sollicitudo: modum et ordinem inuestigare fa-  
ctorum: ad quid facta sunt inquirere negligentēs: cibo quidez  
parcissimo atq; vilissimo contenti: vnde et se philosophos  
nominauerūt: Sed a nobis: vni et curiosi rectius appellant. Unde apostolus: Euauerūt in cogitationib; suis: et obscu-  
ratum est insipiens cor eorum: Sicut enim se esse sapien-  
tes: stulti facti sunt: Roma. i. c. Utrisq; successerunt viri pru-  
dentes: qui et facta et factorum ordinem diligentius transe-  
untes: ad quid facta essent inquirere studuerunt. Neclatuit  
eos: quia propter suam bonitatem fecit deus omnia et pro-  
pter suorum vtilitatem. H̄i sunt viri spirituales: sic vten-  
tes hoc mundo quasi non videntes. Primi voluptate: secun-  
di vanitate: tertii veritate sunt repleti. Si vis ergo ad noti-  
ciam veritatis peruenire: incipe transilire: ut nec affectū co-  
cupiscentia creaturarum: sicut in voluptuosis: nec inuestiga-  
tio: sicut i curiosis detineat intellectum. Sic fecerunt tertii:  
qui per scripturam nobis agnitarū veritates cōmunicantes:  
sacram doctrinam sub certis limitibus tradiderunt. Quorū  
primus moyses fuit: secundo prophete: tertio apostoli et euā-  
geliste: Quorū omnium fuit vna intentio: homines scilicet  
a malo retrahere: et ad bonum puehere. In his enim duo/  
bus consistit perfecta iusticia: ut dicit Aug. Unde tota sa-  
cra scriptura circa h̄ec duo versatur. Unde dominus p̄ Osee  
xi. b. In vinculis adam traham te: in vinculis charitati. In  
vinculis adam trahit: cum timorem incurit aut dolorem. In  
vinculis charitatis: cum vel beneficia exhibita recolit vel ex-  
bibenda promittit. H̄inc moyses legem dure ceruicis popu-  
lo traditur: beneficia dei tam ipfis q̄ patribus collata cō-  
memorat: et ampliora promittit: penas etiam in transgesso/  
res illatas recolit: et adhuc inferendas minatur. H̄ec sunt  
vncinus et ansula quibus cortiū tabernaculi iungebant: id ē  
retus et nouum testamētū in doctrinam vnam quasi in vna  
cortinam conueniūt faciendam. Que quattuor preciosis co-

## auctoris

loribus variantur: bysso: hiacyntho: coc co bis tincto et pura. Per byssum candidam: que est quasi tegimen cortine: historię veritas designatur. Per hiacynthum coloris aerei: allegorię subtilitas figuratur. Per coccum bis tinctum: qui flaminei est coloris: anagogę que ad celum subleuat: vbi ig-  
niculas sion fit caminus: insinuatur. Per purpuram tropo-  
logia designatur: que de moribus agens: promouet ad amo-  
rem. H̄e sunt quattuor rotę Ezechielis: in quibus est spiritus  
vite. H̄e sunt quattuor ale duorum cherubin sese super ora/  
culum contingentes. H̄ec sunt quattuor flumina paradisi ab  
eodem fonte manantia: id est a christo in quo sunt omnes the-  
sauri scientię et sapientię absconditi a seculis. H̄ec sunt quat-  
tuor operimenta tabernaculi. H̄i sunt quattuor venti a qui-  
bus insufflatus spiritus: intersectorum ossa arida suscitauit:

Ezech. 1. e. Exo. 25. b. Gen. 2. b. Col. 2. a. Exo. 26. et. 56.

Ezech. xxxvij. c. Historia narrat quid factum: allegoria  
doctet quid intelligendum: anagogę quid appetendum: tro-  
pologia quid faciendū. Nos igitur duo media relinque-  
tes ad presens: primum et ultimum: finē qđ deus dederit: prose-  
quemur: a primo libro et ultimo exordium capientes: caudā  
cum capite pariter offerentes: Ipsi enim offerimus hoc sa-  
crificium qui dicit: Ego sum alpba et ω. Apoc. i. b. et vlt. c.  
id est principium et finis. Principium in quantum quidē est  
veritas: finis in quantum vita: sed et medium in quantum via:  
Ego inquit sum via et veritas et vita: Job. xliij. a. Via rec-  
tificans oberrantes: veritas illuminans ignorantes: vita vi-  
uificans morientes.

Primo ergo inquirendū est: que sit  
materia primi libri: id est Genesios: quis auctor: que inten-  
tio: que vtilitas: quis modus agendi. Materia duplex est:  
historica et mystica. Historica materia est maiors mundi: id  
est macrocosmi creatio materialis. Mystica vero materia est  
minoris mundi: id est hominis plasmatio spiritualis.

Auctor est moyses: hominū māsterissimus: verus dei famulus:  
cui deus facie ad faciem dignatus est apparere: Lui deus si-  
cut futura: ita mundi creationem preteritam reuelauit. Qd q̄  
non absurde credi possit: sanctos antiquos patres etiā adā:  
posteriorum suorum frequenti memorie tradidisse: vel etiam  
scripto ad laudem dei cōmendasse: et sic ad moysi noticiam  
peruenisse. Quod videtur innuere Judas qui auctoritatē

Enoch in epistola sua inducit. Intentio auctoris est falsi-  
tatem errantium circa rerum principium eliminare: et verita-  
tem astruere. Siquidem duplex est opus sapientis: mentien-  
tes posse manifestare: et dicere verum de quib; nouit. Utili-  
tas magna erroris declinatio: et agnitus veritatis. Fons: glo-  
ria dei.

odus agendi talis est. Primo errores triū:  
id est platonis: aristotelis et epicuri eliminat: ostendens om-  
nium rerum vnum solum principium esse: vbi dicit: In prin-  
cipio creavit deus celum et terram. Secundo de ornatu et di-  
stinctione rerum iuxta senariam operationem prosequitur.

Tertio de peccato hominis: et ejectione eiusdem de paradiſo.  
Quarto de propagatione hominis. Quinto de ablutione mū-  
di per diluvium. Sexto de humani generis multiplicatione:  
descendens usq; ad patriarchas. Ostendens ultimo quomo-  
do iacob et filij eius venerantur in egyptum: vbi iacob moriēs  
benedit filij: et in morte ioseph terminat liber iste.

Explicit Prologus.

23